



D.F.Y.D.



12
45
אבן

sive

De voce אבן, qua Gen. XLI. 43. legitur,

DISSERTATIO PHI-
LOLOGICA,

PRIOR,

quam

בעבור אבן ירם כבוד:

& indultu

AMPLISSIMI ORDINIS PHILOSOPHICI
in Inclutâ Salanâ,

publicæ ἐξέτασις submittunt

M. JOHANNES ERNESTUS GERHARDUS Jenen.

&

JACOBUS HENRICUS LENTZIUS Halens. Saxo.

a. d. XV. Februarii

H. L. Q. C.

JENÆ,

Typis CASPARI Frenschmiets & GEORGII Sengenwalds

Anno clc lcc XLV.

FRANZ

1792

AN DER UNIVERSITÄT ZU HALLE

DISSERTATION

LOGICA

PRIMA

PARTIS

AVTHORIS

FRANZ

AN DER UNIVERSITÄT ZU HALLE

IN PRAESENTIA

PUBLICAE ACADEMIAE

AVTHORIS ERNESTI GERNHARDI

JACOBI HENRI LEBER

1792

HALLE

1792

AN DER UNIVERSITÄT ZU HALLE


IN PRAESENTIA





פְּנֵי שְׁמֵי עֵלְיוֹת

ΠΡΟΛΟΓΟΝ.



Voces semel tantum in Scriptura Sacra occurrentes expositu difficilimæ. Masora sepes legis. R. AbenEzra de dictionibus istis sententia ex comment. illius in Cant. Cantic. prolata. מלך. Lingua Ismaelitica. allata רחע verba aliter nonnihil accepta, quàm à CL. Mayo factum. minus rectè eadem sententia ab egregio quodam Philologo R. Salomoni Jarchi tributa. M. Lutheri studium in inquirendis quibusdam S. Scripturæ dictionibus. S. litteræ non æquè omnibus ubiq; perspicuæ.

Sacrarum litterarum Interpretibus, Judæis æquè ac Christianis, magna profectò crux figitur in illis Scripturæ Sacræ dictionibus enucleandis: שְׁלֵחַ נִמְצֵי לְהַבְרָה חָבֵר, quas סיג לית (titulo hoc Masoram ornat ר"ע) litterâ ה h. e. לית notavit. Cùm enim genuina vocum significatio in S. Utriusq; fœderis Tabulis optimè è Concordantiis desumi possit, ac debeat, consentibus felicissimis S.S. Interpretibus, hîc verò exiguū



inde auxilii, dubium sanè vix poterit superesse, magnas in di-
ctionibus hisce Interpretibus tenebras offundi. Quæ Sapiientis
רמ"ע celebris Scripturæ Commentatoris, sententia hîc sit, vide-
re licet è scholiis ejusdem ad Cantic. Cantic. Cap. IIX. v. 11. ubi
ubi in hæc desinit verba: על כל מלה שלא נמצאה לה חבר במקרא ויש לה דומה בשון ישמעאל נאמר
: אולי פירושה כן אעפ"י שהדבר בספק
interpretor: *propterea omnem dictionem* (communiter quidem
à Grammaticis Ebrais, vide רמק פ"ו *συνδοχινῶς* pro
voce, indeclinabili & *συναπτοσημαλίαν* accipitur, sed pro o-
mni hîc orationis parte à רמ"ע accipi videtur) *cui non inveni-*
tur socius in Scripturâ, estq; ei similis in Linguâ Ismaëliticâ, (h. e.
Arabicâ, hanc enim Rabbini nomine isto venire, jam pridem
nos docuère Viri de Rep. litterariâ, & imprimis Linguis Orien-
talibus præclarissimè meriti, Dilherrus & Hackspanius, Do-
mini ac Præceptores mei πρὸς τὰ ἑξῆς, filiali observantiâ pro-
sequendi) dicemus fortasse ita (illam) interpretandam (h. e. se-
cundùm linguam Arabicam esse exponendam) propterea (ob
hanc rationem) quòd verbum in ambiguo, (h. e. significatio ejus
aliàs dubia & incerta.) Aliter, ut puto, non nihil, magisq; quod
mihi quidem videtur, ad mentem Rabbini, ac CL. Vir & æter-
num Lipsiæ decus, Bartholomæus Mayerus Thuringus, dicti
רמ"ע sententiam accepit in eruditissimo libro, quem Phi-
lologia S. inscripsit prodromum Part. I. p. 153. Neq; enim de
omni dictione, quæ in Codice sacro V. T. אפוא occursit, lo-
quitur רמ"ע, sed de eâ tantum, quæ in Bibliis V. F. semel legitur, ac
similitudinem insuper, seu similem *habet in lingua Arabicâ.* Non
rarò sanè laudatus Rabbi ad linguam Ismaëliticam s. Arabicam
in Commentis suis provocat, videsis ad Cap. 1, 2. Genes. it. ad
Cant. Cant. Cap. I, 14. Cap. II, 2. & 13. Cap. III, 14. Cap. V, 7. Cap.
VI, 2. Cap. VII, 5. Cap. IIX, 5. & 11. quod etiam facit רמ"ע, ad
schol. ejus ad Cap. I, 2. Cap. III, 1. & 2. Cant. Cant. qui ad Galli-
cam quoq; quam לשון לעז vocat, Lectorem ducit: ex eo ta-
men nequaquam inferri posse arbitror, mentem vel illius esse,
omni-

omnium singularium dictionum explicationem ex Arabicâ linguâ
 arcessendam, multò minùs hujus, quemadmodum hoc eadem
 tribuit egregius quidam Philologus, cujus de industria no-
 men proferre h. l. nolo, Adfert. Philol. Decad. th. II. X. Mihi
 sane tam perspicaci esse non licuit, ut in אין Comment. ad
 אין verba illa, quæ memoratus Philologus eximius ei ad-
 scribit, utus quæsi verim diligenter, potuerim invenire. Sed
 hæc אין אין אין . Apud rectè sentientes constat, non
 omninò tempus illos frustra terere, quod Scripturæ divinæ re-
 citius intelligendæ in dictionum singularum, earum præpri-
 mis, quæ, ut supra ex אין insignivimus, non habent in אין .
 socium, accuratam cognitionem impendunt. Neq; etiam quis-
 quam Orthodoxorum Theologorum dogmata fidei (addo ego, &
 alia multa Spiritus S. effata) perspicua esse dixit cuius Pagano,
 primo intuitu sacra Biblia inspectanti, vel ad primum auditum,
 dicti cujusdam Biblici; sed perspicuam esse ajunt intelligenti lin-
 guas, adhibenti interpretationis mediæ, postulanti illuminationem
 mentis à Spiritu S. per preces, non occupato præjudiciis, & falsis
 interpretationibus, us passim apud ipsos videte est; graviter &
 piè scribit Magnificus ac pl. Reverendus Theologus Dn. D.
 Johannes Hülsemannus, Dominus Patronus ac Adfinis meus
 filiali cultu observandus, in de indebita div. gr. adplicatione
 ad convers. præclaro tractatu Disp. III. q. III. th. 16. §. 2. אין
 אין Martinus Lutherus אין de se, ac quibus in transfe-
 rendis Bibliis usus est sociis suis, expressè & ingenuè fateretur,
 quòd duas ac tres hebdomadas, immò mensem integrum vocabu-
 lum aliquod quæsi verint, nec tamen quandoq; repererint. elegen-
 tissimâ epistolâ de ratione interp. Experiuntur certè adhuc
 hodie linguarum sacrarum sectatores אין
 h. e. sat copiosum spicilegium ipsis superesse post veterum messem:
 neq; enim de nihilo est tritum illud Rabbinicum אין
 אין אפילו אמת אחת שאין החרים גדולים תלויים
 : אין cui consona ferè est illa Hieronymiana אין
 אין : singuli sermones, syllabæ, apices, puncta, in divina Script. ple-



na sunt sensibus. Haud igitur rem nauci facturum me puto, si de voce ejusmodi: **אברך** במקרה **אברך** brevem considerationem **אברך** דעתי **אברך** instituero, & quidem de vexatissima illâ dictione **אברך**, quæ legitur Gen. XLI, 43. Sit igitur

Positio I.

Sententiarum in versione vocis **אברך** divortia unde orta. antiquissimæ S. Bibliorum translationes. Johannis Goropii opinio & ingenii lusus ab eruditis exploratur. Targumistarum interpretatio recensita. Onkelos & Jonathan quando flourerint. Dictio **אברך** latè à Targumistis accepta. vox **αβρη** in T. G. similiter inter **אברך** & **אברך** quæ differentia. **אברך** & **אברך** encomium **אברך**. connexio **אברך** cum aliis dictionibus in Script. S. usitata. **אברך**. Pater Patriæ solenne Principum cognomen. **אברך**. Quibus vocibus Regem denotent Arabes, Turcæ, Persæ, Syri, Æthiopes. Vocabula origine Græca, Latina, Arabica & Persica in hodierno Rabbino- rum stylo.

Miris sanè se modis Interpretes torquent in vero dictionis **אברך** sensu indagando, & tot ferè hæc videas dividias, quot

quot sententias. Quæ sententiarum discrepantia originem
traxisse mihi videtur ex vetustissimarum Sacri Cod. Ebræi
translationum, quales ab eruditis censentur Targumim sive
Chaldaicæ Paraphrases, & versiones Græcæ, Aquilæ, Symma-
chi & illa, quæ LXXII. Interpp. nomine gaudet, in vertendâ
hâc voce dissonantiâ. Singulas, vel certè plerasq; sententias
considerabimus distinctè, & quid cuiq; insit virium, perpen-
demus: ita tamen, ut non tam nostras, quàm aliorum ut
plurimum adducamus rationes, nec Prætorio modo aliquid
definiamus, sed probabiliter saltim, quippe de re, quæ tot ex-
cellentissimorum ingeniorum aciem hæcenus fugit, placidè ac
modestè disputemus. Et primùm quidem nullam, certè exi-
guam meretur considerationem, quemadmodum etiam ab o-
mni ferè probabilitate est aliena, Johannis Goropl Belgæ
conjectura, qui Linguæ suæ, Cimbricæ nim. antiquitatem
ostensurus, inter alias dictiones, quibus Ebræam huic suæ po-
steriorem esse persuadere conatur, hanc quoq; dictionem
כָּרַח adducit, quæ apud Germanos inferiores *Summatem*
significet. Nolo ego hîc actum agere i. e. sententiæ ab uni-
verso ferè Orbis eruditi Prætorio, Communiq; Linguarum
Consultorum suffragio exauctoratæ, immò sibilo penè ac risu
exceptæ adornare refutationem. Videantur, quæ de hoc Go-
ropI ingenI lusu eruditè non minùs, quàm scitissimè ac fa-
cetissimè differunt Criticorum Principes Jos. Scaliger, Justus
Lipsius, Christianus Beermannus, alii. Plures majorisq; æsti-
mationis Patronos & adseclas nacta est sententia, quæ *Abrech*
compositū vocabulum statuit, ex כָּרַח & חָרַח. Videtur hæc inter-
pretatio esse omnium Targumim. Onkelos vetustissimus. Legis
interpres, &, CL. Schickardi sententiâ, Christo nostro Salva-
tori coætaneus, quanquam alii recentiorem eum esse statuunt,
& Titi Imper. ex sorore nepotem esse scribant, quam senten-
tiam gravissimi fovent auctores, utpote Elias Levita præfat.
Methurgeman s. Lexici Chaldaici, Baal Iuchasin, cit. Schick-
ardo, aliq; Ebræi, teste Galatino. Vide CL. Schick. prolixè hæc
de conversiâ differentē in *כָּרַח* p. 24. 25, *חָרַח* pag. 168.) ita
red

reddidit: **וְאָכְרִיוּ קִדְמֵיהִי דִין אָבִיָּהּ לְמַלְכָּהּ** id est,
& clamarunt s. praconiarunt ante eum: hic est Pater Regis, s. Re-
gni. (utrumq; enim, teste Buxtorfio, **מַלְכָּהּ** significat, quò
B. Lutherus respiciens reddidit. **Der ist des Landes Vater**)
Jonathan (quem Onkelo antiquiorem, & F. Uzielis statuunt
multi, ac annis aliquot ante C. N. Targum Pentateuchi ador-
nasse, Videtis B. Parentem meum meth. Stud. Theol. C.3. Lo-
corum Theolog. Exeg. p. 551. Dn. D. Michaelem Waltherum
Off. Bibl. p. 256. Helvicum de Paraphr. Chald. Cap. 2. p. 9. &
seqq. Petr. Galat. de fid. Cathol. Lib. I. c. 1. aliter tamen de Tar-
gum, quod Jonathanis nomine hodie venit, sentiunt eximii
Philologi, Buxtorfius & Barth. Mayerus, hic Philol. Sac. præf.
& p. 45. ac seq. ille in de abbr. Ebr. tr. p. 107. cui nobilissimæ
Philologorum bigæ adde Sam. Petitem V. L. p. 81. Non est
meorum virium litem hanc dirimere, remitto rerum harum
cupidum ad elegantissimum discursum **בער לשונות**
W. Schickardi **בהם** præf. & p. 29.) itidem ut vocem com-
positam accipere videtur, sic enim **וְהוּוּ מִקְלִטִין**: **מִקְלִטִין**
:**וְהוּוּ מִקְלִטִין** i. e. clamarunt ante eum: hic
pater Regni, vel Regis. Subjungit etiam, ceu adpellationis hu-
jus rationem, sequentia: **רַב בְּחֻכְמָתָהּ וּרְכִיבָהּ בְּשִׁנֵּיהֶּן**
i. e. Magnus (s. Doctor: ita enim aliàs non rarò nomen **רַב**
accipiunt Targumistæ vid. Targ. II. Reg. II, 12. I. Sam. X, 12,
Gen. IV, 21. Gen. XLV, 8. eodemq; modo vocem **πατὴρ** à novi
fœderis Scriptoribus usurpari, probat Rev. atq; Excellentis-
simus Theologus Dn. D. Salomon Glassius Patronus ac Præ-
ceptor meus Parentis loco æternùm habendus colendusq;
in utilissimo, & hinc ab Adversariis quoq; vid. Ammam An-
tibarb. Bibl. p. 19. & 25. maximè de prædicato Philologiæ S.
opere lib. V. tr. I. pag. 367. Quæ tamen differentia sit inter
רַב & **רַבִּי** præter alios pulchrè ostendit, sui h. e. magni
Vir nominis, Hugo Grotius not. ad N. T. p. 385.) in sapien-
tiâ. & tener annis. Non abludivit ab hac Jonathanis interpre-
tatione Targum, quod Hierosolymitanum dicitur, nisi quòd
solemnem illam acclamandi addit vocem, ita enim habet:

וְהוּוּ

וְהָיָה (malim h. m. legere exedit. Venet. "quàm! cum Fagio
 קְרָמִי וְאָמְרִין יְחִי אָבוּי דְּמַלְכָּנָא & ecce) וְהָיָה
 וְרָבִיךָ בְּשֵׁנֵיךָ. *clamarunt ante eum,*
dicentes: Vivat Pater Regis, qui magnus scientiâ, ac tener annis.
 Ita sese habent Targumim s. versiones Bibliorum Chaldaicæ,
 quæ superstant antiquissimæ, in quibus tamen an ad di-
 ctionem רִיךָ s. רִיכָנָא, quæ Rabbinis ac Talmudistis Re-
 gem notat, Targumim auctores respexerint, vel num pro-
 babile sit, ipsos dictionem Abrech ex אב, prout patrem &
 רִיךָ prout Regem designat, compositam putasse, videbimus
 paucis. Ita censent Viri & Philologi celeberrimi. & sanè, si
 verba eorum primâ quis fronte adspiciat, mens illorum o-
 mninò talis fuisse videtur: expressè enim habent Onkelos
 & Jonathan: רִיךָ אָבוּי לְמַלְכָּנָא, & Hierosol. auctor:
 אָבוּי לְמַלְכָּנָא. Confirmare etiam videtur sententiam,
 istam famosissimus Bibliorum Commentator, quem Judæi
 insigni titulo רִשִׁי תַמְאֹר הַגְּרוּל ornant, recensens
 enim ille verba Onkelos, ita versionem ejus ex Talmudh
 exponit confirmatq;: רִיךָ בְּלִשׁוֹן אַרְמִי מֶלֶךְ בְּהַשְׁתַּפֵּיץ לָא
 מֶלֶךְ in Linguâ Aramaâ (s. Syro-
 Chaldaicâ, ut aliàs vox hæc à Philologis exponitur)
 ס' רִשִׁי ס' נִזְקָן מֶלֶךְ בְּבִינָא (ita vocat: *In Hifchothphin*
h. e. Caput I. partis IV. tr. 3. Talmudhi Babylonici)
de Herode sc. dicitur: non Rex fuit, nec filius Regis. Frequens
 insuper aliàs est in S. S. connexio אב עם cum aliis vocibus,
 uti patet ex nominibus, אביתר, אברם, אביהור, אבימלך,
 quæ ipsa vox significationis ratione à nonnullis
 eadem prorsus censetur cum אברם. Nec omni probabilitate
 caret, quin soleane ac non minùs honorificum apud Orien-
 tales quosdam cognomen fuerit אבימלך (Philistinorum,
 aliàs Regum commune nomen vid. B. Par. in Gen. p. 516. Si-
 mon. de Muis ad Psal. 34, r. p. 153. qui etiam pro sententiâ hæc
 allegat Raschi & Kimchi, Lorin. ad eund. loc. p. 473. Sicuti
 Pba.



*Pharaonis & postea Ptolemæi Ægyptiorum, Sultani Turcarum, Sopi & Cosroës Persarum, Aschschidi Sogdianorum, Cæsaris Romanorum, Benbadad Syrorum, Candaces Æthiopum Reginarum, ceu testantur CL. Philologi) quàm apud Romanos forsan PATRIS PATRIÆ cognomentum, (quo de præter alios videri potest Criticorum nostri seculi sidus Casp. Barthius, in incomparabili penè, ut ipse vocat, Advers opere lib. XXV. c. 13.) primitus Ciceroni, ac post hunc C. Cæsari Senatus iudicio tributum, sicuti prolixè id probat CL. Barnabas Brissoni-
 us Jctus, Reg. Consist. Consiliarius & Sen. Parisiensis Præ-
 les, in eruditissimo de form. Urb. Pop. Romani Lib. II. post-
 modum vero ita commune factum, ut, Tacito teste, ob insigne
 factum CL. Tiberi Vipsanius Consul retulerit, PATREM SE-
 NATUS adpellandum esse Claudium, quippe promiscuum PA-
 TRIS PATRIÆ cognomentum: nova in Remp. merita, non usita-
 tis vocabulis honoranda. Respexit fortè huc Witkindus, quando
 Henricum I. post victoriam Hungaricam, itemq; Ottonem,
 nondum Cæsarem, ab exercitu PATRES PATRIÆ adpella-
 tos fuisse tradit: quàm adpellatione nonnulli fortassè permo-
 ti, illos Cæsaribus adnumerarunt: repugnare verò hoc ipsis
 Regum Germaniæ tabulis, & optimis antiquissimisq; monu-
 mentis, ex Banvino & Bellarmino probat Politicorum no-
 stri ævi lumen, itemq; Medicus Excellentissimus Dn. D. Her-
 mannus Conringius, Dominus Patronus & Adfinis meus sum-
 mè honorandus libri de Imp. Romano accuratissimi C. IX.
 Sed hæc ὡς ἐν πηγῶν. Non parùm sententiam supra-
 adductam reddunt ea, quæ pro istâ adtulimus, probabilem:
 verùm non desunt etiam, quæ impugnare videntur: Quod
 enim attinet Targumistas, non exiguum sanè scrupulum in-
 jicit, quod ipse Jonathan, & auctor Hierosolymitani statim
 subjiciunt, mentemq; suam uberiùs declarant: nimirum, quòd
 Josephus ἄντ. Pater vel Doctor fuerit dictus, sapientiæ sc. re-
 spectu, & ἄντ. tener, annis scilicet: nisi quis dicere velit, respexis-
 se illos verbis his posterioribus ad אב אב h. e. allego-
 ricè dictionem אבא voluisse exponere, quod fecerit quoq;
 R. Je-*

R. Jehuda, teste רש"י l. supra all. quem tamen ob id reprehensum à F. Dormaskith prodit Raschi m. l. Persuasit forsàn Targumistis & versioni eorum ansam dedit, quòd Josephus Gen. XLV, 8. dicit: $\text{לֹא־יָדָעְתִּים לְאֵלֹהִים}$ scil. וְיִשְׂרָאֵל (Jonath. habet לֹא־יָדָעְתִּים): לְפָרְעֹה . Ad רש"י & quem pro sententiæ רש"י Targum declaratione adducit locum ex Talmud, (quem sequenti videbimus positione) respõderi potest, etsi αυτοτελες ωλένας concedatur, quòd apud Rabbinos, aliquot annis post Christum natum, itemq; Talmudistas dictio רַב vel potius רַב־רַב fuerit in usu, inde tamen nondum sequi, Targumistas huc respexisse: multò minus præcones, sive populum Ægyptiacum. Dubium enim est, an dictio hæc vel apud Arabes, quod Vatablus & alii, Marlorato teste, putant; vel apud Syros, vel Ægyptios, quâ in sententia quosdam esse Bonfrerius scribit, (de Lippomanno posteriùs prodit Corn. Corn. à Lapide Comm. ad Genes.) unquam fuerit in usu. De Ægyptiis (quorum vetus lingua, utpote quæ, adtestante CL. Mayero, jampridem est extincta, hodie nos latet: quam enim Athanasius Kircherus Fuldensis Buchonius è S. J. in prodromo copto Ægyptiacam linguam statuit, non videtur verè antiqua Ægyptiorum lingua) nihil ut dicam, Arabes sanè unquam voce isthâc in scriptis suis uti, utut inquisiverim studiosissimè, videre mihi hæcenus non est datum. Adfirmare penè ausim s. quis Alcoranum evolvat, sive Bibliorum versionem Arabicam, sive alia Arabum scripta haut pauca, vix vocem hanc pro Rege achibitam eum reperturum: cre-

brò vero lectori sese offerent أَمِيرٌ مَلِكِي .

(à quo Germ. *Amiral* deducit Arabicarum litterarum eximium decus Johan. Fabricius Dantisc. Spec. Arab. pag. 48.)

رַב־רַב רַב־רַב . Nec in Syriacis scriptis, quæ typis descripta hodie præstant, tale quid nominis in S. S. inventurum

quēquam existimō. Frēquenter verō, immō plerumq; ad-
 hiberi in istis מַלְכֵי & מַלְכֵי (quā de voce lubet hīc
 addere, quod notat Lud. de Dieu not. ad C. II, 6. Matth. sonare
 nim. illam Syriacē propriē Consulem à ܡܠܟܐ consulere, inde ܡܠܟܐ
 consilium, & ܡܠܟܐ qui consilio aliis praeunt & regunt, nec a-
 liud esse מלכי apud Ebraeos, unde tot in exiguo tractu terra
 Canaan Reges, cuiq; ferē civitati suus מלך i. e. Consul ἡγεμῶν ,
 qui consilio adeoq; & auctoritate toti urbi, Ducis instar praibat.
 Quae quamvis ab aliis jam pridem fuerint notata, placuit tamē
 his Dieu verbis hīc recensere.) certū est, & indubium quandoq;
 etiam vocem מלך , quae tamen propriē Ducem notat,
 quā cum cognationem quandam habet מלכות : (cujus
 plur. numerus est מלכות : Reges & foem. מלכות :
 regina. nomen subst. מלכות : regnum. omnia à
 rad. מלך cornupetivit, superior fuit, regnavit, rex est. O-
 biter hic corrigendus Schindlerus Lex. Pentagl. p. 1073. ubi
 per err. forsan typogr. legitur מלך , cū legendum מלכות :
 מלכות ut modō vidimus.) quae vox, uti & አምላክ (va-
 riē vox hāc ab auctoribus scribitur. Reatinus, quo de Dif-
 fert. 2. dicitur, habet አምላክ : *Emlach*, quomodo et-
 iam legitur apud Caninium & Cornelium à Lapid. ad cap. 17.
 Ebr. p. 1015. Lud. de Dieu not. ad Evāg. p. 512. habet አምላክ :
amlach, Scalig. Comp. Aethiop. reddidit ἰμλαχ *imlach*. Origē-
 nis ratione existimat Caninius *mutuatos fuisse Aethiopes vo-*
cem hanc ab Ebraeis, qui Regem מלך vocent, & sic etiam sentit
 CL. Hackspan. ad Epist. Hieron. Exerc. 2. mavult tamen CL.
 Lud. de Dieu l. alleg. dictionem hanc non esse ab Ebr. מלך . *Rex,*
sed Aethiop. አምላክ : quod colere significat.) nec non ሥላሴ
ab Aethiopibus pro Dominatore, Duce ac Rege, adhiberi solent.
 Turcis سلطان Tartaris ᠰᠤᠯᠠᠭᠤᠨ Persis شاه
 Regem notare, observatum à CL. Fabricio l. c. p. 144. quod
 ultimum

ultimū tamen non Persis modò, sed Indis quoq; Arabibus
 & Turcis esse commune, ac Imperatorem, Regem, dominum,
 significare, tradit Præclarissimus Vir ac Criticorum nostri secu-
 li facilè Princeps, Dn. D. Reinesius, studiorum nostrorum
 Fautor ac Promotor insignis æternūmq; observandus, Varia-
 rum Lectionū opere admirando lib. I. p. 119. ast hæc παρῆγεως.
 Adducere tamen allubuit, quò dilucidius evaderet, quàm
 cum nullâ ferè adpellatione, quâ Regem Orientales designant,
 vox מֶלֶךְ (מֶלֶךְ) habeat adfinitatem. Hinc fortè est, quod
 Abraham de Balmis Gram. Ebr. litt. d. 4. b. ita Raschi locum
 allegatum, referat: *Inditium rei est, quod dixerunt Magistri no-*
stri in Nedarim: & tulit illud R. Salomon in ejus expos. supra legens
versu: & vocaverunt apud ipsum אבֶּרֶךְ abrech, אבֶּרֶךְ שֶׁכֵּן
: אֲבִי מֶלֶךְ דְּרֹמֵי קוֹרְתָיִם לְמֶלֶךְ רֹמָא i.e. *Pater regis: qui sic*
in linguâ Romana (NB. quæ lingua in scholiis רֹמָא edit. Vene-
tæ & Basileensis, quas, nisi fallor, omnes h. l. Auctores aliàs se-
quuntur, עֲרָמִי Aramea legitur, hîc à Balmes allegari ex eod.
רֹמָא Romana (Latina) vocant Regem מֶלֶךְ. Veritati pro-
inde perquam est consentaneum, vocem hanc מֶלֶךְ origine
esse Latinam, & unâ cum aliis multis civitate Ebræâ s. Aramæâ
ac Rabbinicâ, dum Judæos Romani sibi subjugarent, fuisse
donatam, vel sese intrusisse: à quâ sententia non abhorret
par illud virorum de litteraturâ Orientali insigniter merito-
rum, Schindlerus & Martinus: nec fide caret, quod magnæ
eruditionis vir Johannes Camero, Theol. in Acad. Salmur.
Professor, prælect. lib. I. scribit; Varios barbarismos in Judæo-
rum linguam, postquam inter Gentes dispersi fuere, irrepsisse, quos
admisserint. Et sanè testantur viri in ἀπολινολογιστοῦ ἑξ
cellentes, multa Vocabula origine Græca & Latina, immò A-
rabica etiam & Persica in hodierno Rabbiorum stylo repe-
riri. Vid. Dilherri Præceptoris nostri perpetim colendi, de
quibusdem circa Histor. Passionis Christi Observ. Disput.
Anno 1636. hîc habitam th. 8. Cameron. Prælect. Tom. I. p.
97. 98. Tom. III. p. 36. 50. Hugonis Groti Adnot. ad. N. T. p.
482. Barth Mayerus Prodr. Phil. S. p. 245. & seqq. Quæ ipsa ta-

men vocabula maximè interdum fuisse corrupta, super alios
ostendit nobilissimū Belgæ sidus Const. L'Empereur במסכת
מירור h. e. tr. de Mensuris Templi Cod. Midd. p. 164.

Positio II.

Talmuth in Mischna & Gemarâ distin-
ctum. quomodo utrumque in edit.
Venet. designetur. Herodis nomen
pluribus tributum. absensum à CL. Matt.
Martinio. Herodes Ascalonita quo sensu
à Talmud Rex, & Regis filius negetur. Jose-
phi Historici laus. Julius Africanus. He-
rodes an fuerit ἀλλόφυλος. qui apud Ju-
dæos Nobiles? Judæis maximè Herodes
invisus. Ejus diem emortualem summâ
lætitiâ celebrant iidem. Josephus ab Ev-
angelistis de Herodiade Herodis M.
Uxore discrepare visus, annon cum illis
reconciliari queat.

Talmudhi, Mischnæ sc. locus, cujus antecedente Posit.
mētio fuit facta, ad quem declarandū in Gemarâ (huic. n. ver-
ba posteriora adscribit CL. Buxtorfius quemadmodū Mischnæ
priora. Cujus tamē ego distinctionis in Opere Talmudico
Venetiis apud Dan. Bombergum excuso, quo in aliâ Mischna
& Gemara signis ארבעה עשר per ארבעה עשר distingui solent, h. l.
nullum vidi indicium) textus hic Gen. XLI, 43. itemq; alius
II. Sam.

IL Sam. III, 39. adducitur, sic se habet: וּבְנֵי־הָאֵלֹהִים עָבְדוּ אֶת־יְהוָה
כִּתְרֵי דְעַבְדֵי מֶלֶךְ אֱלֹהִים וַיִּנְקְ עַל־ךְ סִפְרָךְ כִּי־לֹא
רָכָה וְלֹא בָרַךְ רֹכֵי הַיָּמִים קָלְנִי תִּתְעַבֵּר מֵאֵי מִשְׁמַע
דְּהָאֵי רָכָה לְשָׁנָה דְּמַלְכוּרָא דְכַתִּיב אֲנִי הַיּוֹם
רַךְ וּמִשׁוּחַ מֶלֶךְ וְאִיבְעִית אִימָא מִחַכָּא וְיִקְרָאוּ לְפָנֵי
אֲבָרָךְ אֲמַרֵי מִי שְׁלָא רָאִי בְּבִינֵי הַיָּמִים לְ
רָאִי בְּנֵי־יָמֵיךְ.

In allegatis Talmudhi verbis cum Herodis injiciatur mentio, ac dubio procul intelligatur Herodes Alcalonita, Magnus aliàs dictus, (plures quidem isti hoc insignitos fuisse nomine, patet ex Genealogiâ Antipæ, Herodis Magni avi, quam magnâ ἀναβεία ex Josepho concinnavit celeberrimus Theologus Dn. D. Calixtus, Patronus ac Præceptor noster ætatè venerandus, Concord. Evang. ex parte etiam recensuit Matthias Martinus Lexicographus decantatissimus Etymol. magni p. III. cum quo tamen non per omnia mihi convenit, qui & ipsi Regiâ dignitate fulsere, sed de illis Talmudistas hoc loco non loqui, quivis Talmudhi locum consulens, facilè, puto, concedet) scrupulus alicui suboriri potest haut levis, *quare Rex & Regis filius hic ipse à Talmudh negetur*, cum è Josepho, historico, *cujus amor veri notissimus, fides constantissima*, quod encomium ab insigni Critico Isaaco Casaubono meruit, constet, eum non solum non obscuro, sed illustri loco natum; verùm etiam publicè ab Antonio, Casare ac Senatu Romano Regem Judæorum creatum declaratumq;. An igitur hoc contra Josephum negandum, & cum Julio Africano, *cujus narrationem Matth. Martinus fabulas adpellat, in odium Herodis ab otiosis hominibus confictas, statuendum, Antipatrum Herodis M. patrem ab Idumæis latronibus captum patre lyra propter penuriam rei domesticæ solvere non valente, inter illos ceu mancipium abjectum diu mansisse, & sic vilem fuisse redditum.* Non concedent hoc Viri Clarissimi Isaacus Casaubonus, Matth. Martinus, alii: utpote veritati historicæ minus consentaneum. Quomodo verò salvanda auctoritas Talmudistarum, qui Herodem M. Regem Regisq; filium h. e. familiâ nobili satum negitant: *ex se liberum se reddidisse* affirmantes, ita enim expressè explicat Talmudhi

mudhi scholiastes Raschi ad h. l. לְאַרְבָּעָה כֹּהֲנֵי לֵוִי מֶלֶךְ
 וְרַחֲמֵי בֶן מֶלֶךְ קוֹנִינָא מִתְעַבֵּר נַעֲשֶׂה בֶן חֲזוֹרִין מֵאַלְוִי :
 h.e. *Non rex & c. non Rex, nec Regis filius: vilis s. abjectus existens,*
filium procerum, nobilibus parentibus prognatum, generosum,
(uti phrasin hanc Schindler9 exponit Eccl. X. 17. vel potius, ut
Buxt. liberum se fecit ex seipso s. per seipsum. De Mariamne quo-
que, Herodis uxore, Josephus prodit, quòd aperte & sorori ejus,
& matri generis humilitatem exprobravit. An dicendum He-
rodem ἀδόφουλον fuisse, proindeq; jure eum Regem Regisq; fili-
um à Talmud negatum: Communis quidem ac vulgata est hæc
sententia, teste Casaubono, in quâ tamen refutandâ ipse
occupatus est Exerc. ad apar. Annal. Baron I. n. 5. à quo ta-
men non solùm discessum facit, sed & prolixè eundem refu-
tat Richardus Montacutius Analectis Ecclesiast. Exerc. II. sect.
II.) Suo propterea hanc responsionem loco relinquo. Exi-
stimo verò, vel ex invidiâ malevolêtiâq; adversus profelytos,
quales Herodis M. Parentes & ipse etiam Herodes fuere,
hæc à Talmudistis dici; vel idco regium nomen & illustre
genus Herodi derogari, quia non ea is ratione ex nobili stirpe
ortus, qualem Judæi requirebant: apud hos enim, quod è Jo-
sepho probat Casaubonus Exerc. I. p. 33. temporibus illis, sepul-
tâ nim. quasi stirpe Davidicâ, unicè nobilitatem causabat Sacer-
dotium, vel Pontificatus potiùs: ut hinc omnes illi, uti observat
Casaub. l. c. qui ex familiâ Sacerdotali non erant, utut opibus
potentiâq; florere maximè, obscuri, ignobiles ac privati à Judæis
censerentur. ad etiam πολυγλωττότατον Jctum Petrum
Cunæum in de Rep. Ebr. libello elegantissimo p. 155. 156. Li-
cet verò Herodes hic Ascalonita Judæos, Hierosolymæ expu-
gnatione mirè sibi infensos redditos, præter alia magnifica
opera templum novum (de cujus magnitudine & splendore
cum admiratione leguntur, quæ Josephus tradit lib. XV. A. J.
C. 14. & de B. J. lib. VI, C. 6. & lib. VII. C. 10.) è fundamentis
excitans, ut nonnulli scribunt, quantumvis alii aliter sen-
tire videantur, rursus delini verit ac demereri maximopere
studuerit; rursus tamen editis summæ crudelitatis specimi-
nibus, ad quæ infanticidium Bethleëmiticum haut immeritò
 referri

referri potest, eorundem gravem incurrit offensionem, sicuti patet ex querelis eorum coram Cæsare Romæ prolatis, ubi *Herodem non ut Regem, sed omnium, qui usquam fuissent, Tyrannorum crudelissimum se gessisse*, publicè conqueruntur, uti videre licet apud Joseph. lib. II. B. J. C. 4. Testantur tamen ibidem Judæorum Legati, *se unà cum Archelao, Herodis F. mortem Herodis luxisse*: quod an etiamnum faciant, an potius diem illum, quo ipse crudelem vitam clausit, festivum magnâ hilaritate habeant, eruditè ostendit CL. Schickardus p. 171. Addi hîc commodè aliquid posset de Herodis hujus F. Antipâ, quo de Josephus scribit, *Herodiaden uxorem ejus prius fuisse nuptam Herodi cuidam Herodis M. filio, Evangelistæ verò magno consensu tradunt, prius elocatum fuisse Philippo Herod. F. Putat Isaacus Casaubonus, cum Annalium Ecclesiasticorum Parente, Baronio, consentientibus auctoribus gravissimis, errasse hîc Josephum, & discrepantiam hanc nullam admittere conciliationem*, ut verba habeat Casauboni. Nescio tanen annon inter discrepantes has sententias aliqua conciliationis via inveniri queat: sed de eâ in Disp. actu: nunc eò, unde digressi sumus, revertendum.

Positio III.

Lutherus de significatione vocis Abrech aliter in primâ, aliter in posteriore Bibliorum editione sensit. Quandoq; in Bibliorum translatione Chaldæum paraphr. secutus est, quandoq; LXX. Hieronymi encomium. Quos hic in explicatione dictionis Abrech sequutus.

C Dif-

Diffensio à Joh. Drusio. Alphonsus Tho-
stus. Rationes ad D. Hieronymi inter-
pretationem stabiliendam adductæ. Com-
pos. ex dictione שרר & חרר. Josephus
typus Christi. allegoricæ expositioni lite-
ralis præferenda. nomina præter propria,
composita in Ling. Ebr. rarissima.

Ad alteram nunc sententiam, quæ אברר compositam
statuit dictionem, ex אב nim. i. e. Pater & רר tener, eam sc.
quam B. Lutherus & alii *Cabbalicam* vocant, transire, nisi for-
san esset, qui propterea interpretationem, cuius Posit. l. confi-
deratio instituta, suaderet acceptandam, quod megalandro
nostro Luthero illa probetur in *Bibl. Germ.* cuius uti Biblio-
rum versio meritò æstimeretur magni, ita ab eadem dissentire,
nimis curiosi esse hominis. Sed ad hoc responderi potest
1. Lutherum ipsum de recta vocis hujus interpretatione du-
bitasse, teste Dn. D. Walthero. 2. eundem in primâ Penta-
teuchi aliorumq; quorundam V. T. librorum translatione,
quæ Wittebergæ anno 1524. prodit, aliter sensisse, reddidit
enim t. c. Und ließ für ihm außruffen / daß man die
Knie für ihm beugen solt / als den Er gesezet hatte
über ganz Egyptenland. Sed quia regeri potest, B. Lu-
therum mentem sententiamq; mutasse, aliterq; statuisse, ubi
iunctim librorum Biblicorum versionem luci dedit, δευτε-
ρος δε Περικλιδας εν τω σφωτεργω; dicimus nos, B. Lutherum
ita versionem suam hujus vocis posuisse, ut aliorum inter-
pretationes non penitus rejiciat, quod tum ex glossis ejus
marginalibus hujus loci (quas ipsius B. Lutheri manu textui
Biblico vidi adscriptas, in Cod. quem Bibliotheca instructis-
sima celeberrimæ hujus Salanæ במבויכט possidet, consen-
tentes

rientes p̄forſus cum illis, quæ excuſis exemplaribus hæcenus
 additæ, niſi quòd pro *laſſen wir die Zäncker* / per quos
 forſan Rabbinos intelligit, *ſuchen* / in MS. legatur: *laſſen
 wir den Zänckern* / rum ex comment. ejuſd. in Geſen pa-
 tere arbitramur. Cœterum ſequutus videtur B. noſter Lu-
 therus in poſteriori verſ. Bibl. editione Oakeloſium, cujus
 aliàs quoq; Targum, præcipuè ubi textus authenticus ipſi
 ambiguſ viſus fuit, cum amplexum eſſe, à viris magnis
 notatum, nec mirum id alicui videri poteſt, qui
 perpenderit, quòd viro illi Dei in verſione ſua hæc raro
 LXX. interpretationem (quam tamen, prout hodie quidem
 habetur, maximè corruptam eſſe, graviffimi Theologi cen-
 ſent) acceptare placuerit: quemadmodum aliquot exem-
 plis ſolidè demonſtravit noſq; docuit Præceptor ac Promotor
 noſter perpetim honorandus, Vir CL. Paulus Slevogtius,
 Lingg Orient. in noſtra Sal. Profeſſor meritiffimus, prælectio-
 nibus ſuis in Geſen. Ut verò dicamus, quid ſenſerit tan-
 dem magnus ille Lutherus, exiſtimamus, pro fauſta populì
 adclamatione eum hanc dictionem accepiffe, quæ etiam ſen-
 tentia accuratiſſimis Bibliorum gloſſatorum, quæ auſpiciis
 ac munificentia Illuſtriſſimi Principis ERNEſTI, Saxon.
 Julix, Clivix ac Montium Ducis &c. Principis ac Domini
 noſtri clementiſſimi, paucis abhinc annis prodiere,
 conditoribus adprobatur. Agere nunc arridet
 breviter de iſtâ ſententiâ, quæ Hieronymi eſt, *Patrum doctiſſimi*,
 iudicio CL. Seldeni, & *linguarũ peritiſſimi*, cenſente Præcepto-
 re noſtro Dilherro. Veſtigia preſſit Hieronymus, teſte Dru-
 ſio, Ebræorum ſuæ temporis opinionem, præcipuè duorum
 antiq. Interp. Jonathanis & Hieroſolymit. non tamen
 quod Janus Druſius, vir uti lingg. Orientalium geariffimus,
 ita de iisdem immortaliter meritis, exiſtimare videtur. Eſt
 enim Raſchi cenſeat opinionem ſeu allegoricam R. Jehudæ
 expoſitionem, ad quam Hieronymi ſententia collimat, nõ ta-
 men ex *וְיָחִיד* probari poſſe credo, eandem ipſi adprobari: im-
 mò potius contrarium adſerere malim. Miror autem allegori-

cam hanc acceptionem memorati R. Jehudæ, qui tamen ut
 supra posit. I. dictum, ob summum hoc allegorizandi studi-
 um, quo se Rabbinæ mirè aliàs delectant, à Filio Dormaskith
 fuit quasi correctus, itemq; duorum Targumistarum, D. Hie-
 ronymo adeò fuisse probatam: major tamen subit admiratio,
 Hieronymianæ huic interpretationi tã opere adhæsisse erudi-
 tissimos seculi superioris Bibliorum Interpretes, ut vocem
 אבִי־אֱלֹהִים *secundùm veritatem Ebraicam tantùm patrem reverum si-
 gnificare, non verò genus flexionem s. genua flectenda esse, scripserint.*
 Videatur Alphòsus Thostatus Abulensis, Theologus, ut operum
 illius inscriptio εὐρωπαϊκὸν ὁδὸν *Ebraici Graciq; sermonis instructis-
 simus, Dionysius Carthusianus à R. kel, alii.* Sed agendum quid
 pro confirmandâ hac sententiâ adferri queat, videamus. 1. Fa-
 vere videtur eidem utrumq; Targum, Hierosolymitanũ & Jo-
 nathanis. 2. Optimè convenit Historiæ: Josephus enim ad-
 huc juvenis, annorum sc. triginta, ad tantum honoris fastigi-
 um fuit evedus, proindeq; meritò *tener*, ætatis habita rati-
 one, dici potuit, idemq; etiam seq. Cap. XLV. dicit, *DEU M
 se constituisse Patrem Pharaonis, ac gubernatorem terra Ægypti.*
 3. accommodatè ad Christum potest deduci, cujus typus fuit
 Josephus. 4. utrumq; vocabulum alibi etiam, sed cum dicti-
 onibus aliis deprehendi videtur conglutinatum. Exempla אבִי
 אֱלֹהִים Posit. I. allata. pro אבִי adduci potest dictio אבִי אֱלֹהִים
 Zach. IX, r. it. אבִי אֱלֹהִים Dan. I. 7. Ad singula tamen hæc
 non desunt, quæ reponi possunt. & primò quidem quod spe-
 ctat Targum Jonathanis, magna adhuc inter Criticos lis est
 de illius Targum, prout nos quidem jam nunc habemus, au-
 thoritate, & absq; hoc licet sit, obstare tamen videtur, quòd
 multorum sententiâ, allegorica sit expositio illa tum Jona-
 thanis, tum Targumi Hierosol. cui litteralis præferenda
 merito. Vid. omninò præclarè meritissimum Theologum
 Dn. D. Wolffg. Franzium præf. in tr. de interpr. Script. S. nec
 minus de Ecclesia meritum, ac in dies merentem adhuc Se-
 niosem Academiæ hujus venerandissimum, Patronum ac
 Præceptorem meum Parentis loco perpetuò suspiciendum,
 Dn. D. Joh. Majorem in *περὶ γεννήσεως καὶ ὑόμης* & Chri-
 sti

In Disp. sect. 5. etsi igitur non improbetur allegorica aliqua
 dictionis hujus explanatio, & ad Christum Josephi antitypum
 accommodatio, id quod à multis eximiiis magnique nomi-
 nis Theologis factum, non tamen sequitur, allegoricam,
 hanc expositionem litterali præferendam; ad secundum dici
 potest concedendo, & Josephum adhuc juvenilibus annis ad
 sublimitatem tantam pertigisse, & à DEO Magistrum &
 Confiliarium Pharaonis constitutum, nullam tamen
 inde firmam esse sequelam, præconem ad hoc statim re-
 spexisse, vel ex mandato Pharaonis respicere debuisse. ad ter-
 tiam rationem potest opportunè reponi, æquè benè inter-
 pretationem illam, quæ pro *benedic* ἡ. genuflecte sumit, τυπικῶς
 ad CHRISTUM referri posse, hunc enim D E U S Pa-
 ter Coelestis, Rex Regum, orbisq; Dominus, in summam extu-
 lit sublimitatem, donavitq; illi nomen, quod est supra omne nomen.
 Ut in nomine Jesu omne genu flectatur, Coelestium ac terrestrium,
 ac infernorum. Omnisq; lingua confiteatur, quod Dominus sit Jesus
 Christus ad gloriam DEI patris, scribente Apostolo Paulo Phi-
 lipenses II, 9. 10. 11. Sicuti etiam dictum hoc huc accommo-
 dant Martinus Barrhaus, Marbachius, Rabbanus & alii.
 Quod adinet quarto, utramq; dictionem דן & דן alibi
 conjunctam inveniri, respōderi potest, ultrò largiendo de דן
 De דן verò res adhuc est in controverso; de priori exemplo
 Zach. IX. dubitat Theologorum φιλολογῶτα Joh. Tar-
 novius comm. l. c. an vox composita sit ex דן & דן, pu-
 tatq; potius ex דן esse & suff. דן, cujus rationes dubitandi
 reperere hîc nolo. de posteriori maximè etiã inter Interpretes
 controversitur. Statuit quidem Franciscus Junius ad Cap. I.
 Daniel. *Schadrâch* compositum esse ex verbo *scheda* quod est
inspirare & effundere, & nomine rae, quod est Babylonis Rex,
 allegatq; pro declaratione exemplum *Abrech* Gen. 41. 43.
 quam vocem Onkelos exponat per *Patrem Regis.* & clariùs
 Dn. D. Gesnerus Disp. super Cap. I. Daniel. scribit, *Ananiam*
priùs nomen habuisse à misericordiâ, adeptum verò postea cogno-
mentum à mollitiè & luxurie. Sunt tamen econtra interpretum
 quamplurimi, qui sentiunt diversè. In Bibliis ERNESTINIS,

quorum paulò ante mentionem fecimus, exponitur
Besander/ & eodem modo Cornelius Cornelià Lapide ac
Jacobus Tirinus accip. fortè à radice Chald. ܡܝܫܬ *misit, emisit.*
Quidam à Sole, qui ܫܠܫ Assyriacè dicatur, dictum pu-
tant: tradunt enim, *constare inde discrimen inter Gentilium &
populi DEI nomina. Nam quatuor istorum Juvenum vocabula
Ebraea à vero DEO Israëlìs fuisse nuncupata: Assyriaca vero ab
Idolorum rerumq; terrenarum simulacris esse deducta, & ad obscu-
randam veri DEI gloriam composita, ex quâ interpretatione
orta opinio, quòd nonnulli Solem & Ignem Chaldæorum,
numina fuisse scripserint, à quibus tamen discessum facit.*
Joh. Seldenus in de DIs Syr. Syntagm. II. c. 17. Dionysius Car-
thusianus ex Alberti, ut videtur sententiâ, interpretatur *Decorus
meus*, quâ nisi etymologia certè me fugit; alii aliter. Et
posito, nomen *Sadrach* esse dictionem compositâ, ex ܟܠܝܢ *mollis*
& aliâ voce quacunque, non tamen probabile est, vocem
Abrech è voce tali constare, cum nomen illud *Sadrach*,
juxta Gesnerum & Crellium *mollitiei ac luxuriei* fuerit no-
men, & cõsequenter non admodum honorificum: apud Mo-
sen verò dictionē *Abrech*, ceu honoris insignis nomen, Josepho
fuisse impositam, si modò nomen fuit, neminem puto nega-
turum. Accedit, quòd in lingua Ebraâ, *si propria quedam
nomina exceperis*, (tale verò ܟܠܝܢ non esse, ipsimet, qui
sententiam, quòd dictio composita sit, fovent, ultrò largiun-
tur omnes: nullum enim ex omnibus, quos videre mihi con-
tigit de hâc voce tractantes, proprium Josephi nomen *Abrech*
fuisse, dicere memini, nec ipsum quoq; R. Jehudam in senten-
tia hâc fuisse, quod tamen quidam ei adscribunt, arbitror) *vix
reperias voces compositas, omnes enim ferè simplices sunt*, prout
tradit Antonius Jordinus A. S. Floro Jesuita. nec prætere-
undum, quod non ܟܠܝܢ sed ܟܠܝܢܝܢ *mollens. tenerum* notet, si-
cuti hoc quoq; hîc observavit CL. Crinesius. Sed cum, di-
cente Drusio, enarrata hactenus expositio, quæ ܟܠܝܢ vo-
cem compositam accipit, *hodie ab omnibus ferè sit explosa*, plu-
ra de illa jam nunc verba facere, meritò supersedeo:
si tamen

si tamen, addidero prius, Commodè ad sententiam istam,
 quæ Abrech compositam dictionem habet, referri posse Bi-
 blia Gallica Geneva anno 1536. excusa, in quibus *Abrech* red-
 ditur *pere rendre*. it. Windica, quæ Wittebergæ anno 1584. pro-
 diere, quæ *leta jere deshele Ozba*. habent. Eodem ferè seniu ac-
 cepit etiam anonymus quidam Bibliorum Hispanicorum
 glossator, qui ubi in Bibliis Hispan. legitur: *Tbizolo subir en*
su segundo carro y peganaron delante de el Abrech: addit: *Pa-*
dre tierno. Aeste honren todos como a padre charissimo. Judæi
 Germani eodem ferè inclinant: Sic glossator ad Germani-
 cam eorum versionem, typis Ebrais s. Rabbinicis Constan-
 tiæ anno 1700 excusam: *יה מיישטר דיש קנינה* (addit tamè
 idem alias etiam interpretationes: *יה איד וייל קניאן אודר*)
 interpret. Germanicè:
Geister des Königs: it. *ich wil knien/oder du solt knien*
Abrech loco Habrech. Lekach Tof, citante Mayero, explicat
Ein junger König/accipiendo *כ* pro *Rege* s. *principe* (quo-
 modo LXX. I. Sam. 12, 15. etiam accepere) & *ך* pro *tener*.
 Anonymus quidam Lexicographus Judæus MStus, Codex
 vetustate & sanctitate venerabilis inscriptus, quem Bibliothe-
 ca mea possidet, *יה מיישטר אודער* reddit *Geister o-*
der Herr/allegatq; hunc nostrum locum, & in eum Raschi
 Scholiaac Targum. Sed manum tandem de tabula. Reliqua-
 rum sententiarum enarrationem sequenti D. D. Disputatio-
 ne tum pertexturus.

יה מיישטר אודער

Nota



COROLLARIA.

NOtabilis deprehenditur memoriæ lapsus, vel error typographicus in Casp. Sancti S. J. Comm. ad C. 12. Act. Apost. p. 243. b. legitur enim ibi decem virgines fatuæ, pro ; quinq; virg. fatuæ.

2.

Cornelius à Lapide ad C. XII. Epistolæ ad Ebræos probaturus, **DEUM** ab Æthiopibus Patrem vocari, multa profert, de quibus valdè adhuc controvertitur.

3.

In Paraphrasi Syriaca Luc. XXII, 32 à Grammat. Syris verbum **תתפני** irregulare statuitur pro **תתפני**, quomodo habet Cod. MS. Acad. Altdorff.

4.

Anomalon etiam Grammatic. censetur **תעליני** Marci IX, 25. pro **תעלין**, optimè igitur Cod. MS. alleg. legit, **תעלין** sine Judh analogicè.




VO A 6412

ULB Halle

3

002 920 379




VO 77

Retros ✓







Farbkarte #13

B.I.G.

אברך

sive

De voce אברך, qua Gen. XLI. 43. legitur,

DISSERTATIO PHILOLOGICA,

PRIOR,

quam

בְּעוֹרַת אֲבִיבָה וְיֵה כְבוֹד:

& indultu

AMPLISSIMI ORDINIS PHILOSOPHICI
in Inclutâ Salanâ,

publicæ עֲזָרָה submittunt

M. JOHANNES ERNESTUS GERHARDUS Jenæ,

&

JACOBUS HENRICUS LENTZIUS Halens. Saxo.

a. d. XV. Februar

H. L. Q. C.

JENÆ,

Typis CASPARI Gresschmiets & GEORGII Sengenwalds

Anno clc lcc XLV.

45

